UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

XXXIX. Markgraf Ludwig verleiht an Friedrich von Gartow Hebungen im Dorfe Schönenberg unter Vorbehalt des Wiederkaufs, am 23. April 1345.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54572

Visual Library

XXXVII. Markgraf Ludwig verleihet den Gropkin Beſitzungen in Göhre, Grobleben und andern Altmärkiſchen Dörfern, am 2. April 1345.

Nouerint etc. quod nos Ludovicus contulimus etc. ſtrenuis viris ottoni, arnoldo & conrado fratribus, theoderico, heinrico et gerkino predictorum patruis, dictis gropkin, fidelibus noſtris delectis, manu coniuncta & vnica deuolucionem dotaliciorum honeſtarum matronarum relictarum wernheri et buſſonis de goer bone memorie, ſitam primo in villa goer III manſos liberos cum omni iure & VI modios ſiliginis ibidem in molendino, in dobelin XX modios, tertio in eluerſtorp I pratum & in villa riddeſowe I chorum ſiliginis ad ipſos poſt predictarum duarum vite tempora deuoluenda. Conferimus eciam eisdem redditus ſub notatos in villa volgenold I fruſtum et in precaria ville gropleue VIII modios ſiliginis, VIII modios ordei & IIII modios auene cum XXXVIII denariis cum eo iure, quo ipſorum predeceſſores prenotata bona tenuerunt hactenus a noſtris predeceſſoribus marchionibus felicis recordacionis in antea iuſto pheodi titulo perpetuis temporibus pacifice ſine inquietatione qualibet poſſidenda. In cuius Testes Plawe, buch, Swyker, huſener, hele, altman, cum ceteris. Datum Spandowe, anno XLV. feria VII ante quaſi modo geniti.

Nach dem Leipz. Copialbuch der Vogtei Havelberg Bl. 29a. Nr. LXXVII.

XXXVIII. Markgraf Ludwig verpfändet den Gebrüdern Elreſel Einkünfte in Naterwiſch, am 3. April 1345.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus contulimus et preſentibus conferimus ſtrennis viris Johanni, heinrico & wynando fratribus dictis elreſel fidelibus noſtris dilectis et eorum heredibus legitimis X fruſta reddituum annuorum ſita in precaria ville naterwiſch cum omni iure vſu & fructu dictis redditibus ex debito et ex jure pertinentibus, prout hactenus nobis pertinebant, in antea perpetuis temporibus pacifice & qviete ſine impedimento quolibet poſſidenda. O b ſeruamus (ſic) quoque nobis aut ſtrenuo militi ottoni de helben, fideli noſtro dilecto reemptionem eorundem reddituum pro LV marcas argenti brandenburgenſis et ponderis infra triennium a data preſencium dum voluerimus plenariam facultatem. In cuius testes plawe, buch, ſwyker, wolffteiner, huſener, hele, altman, ſatzenhofer, magiſter coquine et gerardus wolf cum ceteris. Datum spandow, anno M.CCC.XLV., dominica quaſi modo geniti.

Nach dem Leipz. Copialbuch der Vogtei Havelberg Bl. 28 Urk. LXXII.

XXXIX. Markgraf Ludwig verleiht an Friedrich von Gartow Hebungen im Dorfe Schönenberg unter Vorbehalt des Wiederkaufs, am 23. April 1345.

Nouerint uniuerſi. Quod nos Ludovicus etc. Contulimus et preſentibus conferimus ſtrennuo viro friderico de Garthow fideli noſtro dilecto ſuisque veris et legittimis heredibus XVIII frusta

annuorum reddituum ſita in precaria ville ſchonenberg ducentarum marcarum gratia, in quibus ſibi rite obligamur, cum omni iure vſu fructu comodo et honore dictis XVIII fruſtis ex debito et ex iure pertinentibus perpetuis temporibus pacifice et quiete ſine impedimento quolibet poſſidenda. Referuantes nobis noſtris heredibus et ſucceſſoribus reemptionis predictorum reddituum pro premiſſa pecunia plenariam, dum voluerimus, facultatem. In cuius etc. testes ſweicker, wolfſtainer, husener, hele, altman, ſatzenhouer, magiste r coquine, Loterpeck. Datum Spandow, anno M,CC.C.XLV. in die Georgii.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CLXXVIII.

XL. Markgraf Ludwig verleiht an Henning Topp zur Sühne ſeines getödteten Sohnes Hebungen in Waldenrode, Molnbeck und Büſthe, am 28. April 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Contulimus etc. ſtrenuo viro hen. top fideli noſtro dilecto ſuisque veris et legittimis heredibus, filii ſui henningi, qui quondam in ſehuſen interiit, in emendam, redditus annuos ſubnotatos, videlicet in villa waldenrode precariam duorum manſorum cum dimidio cum ſupremo iudicio manſorum predictorum, qui manſi cum iudicio ſupremo pro altero dimidio frusto conputantur: In villa Molnbecke duo frusta et vnum equum pheodalem, pro vno frusto etiam conputatum, et in villa Buesthe precariam octo manſorum pro tribus frustis et octo ſolidis annue ſolutionis taxatam ſeu tantum ſoluentem, vt premittitur, cum omnibus iuribus, graciis, comodis et honoribus, quibus idem redditus nobis pertinebant hactenus, in antea perpetuis temporibus pacifice et quiete ſine impedimento quolibet poſſidenda. In cuius etc. Testes Buch, ſweiker, magister coquine, wolf. Datum ſpandow, anno M.CCC.XLV., feria V ante walburgis.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CLXXIX.

XLI. Markgraf Ludwig überläßt dem Arnold Gröpke die Gerichte und den Lehndienſt über den Schulzenhof zu Steinvelt, am 17. Juli 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus etc. Contulimus et preſentibus conferimus ſtrennuo viro arnoldo dicto gröpke ſuisque veris et legitimis heredibus equum pheodalem ex curia ſculteti ville dicte ſteinuelt more ſolito deſervire nobis debentem, Judicium eiusdem curie nec non alia iura nobis in ipſa curia quomodolibet conpetentia, ob id, vt nobis, ſicuti ceteri vaſalli ſiue ſubditi nobis obſequuntur, fideliter obſequatur, perpetuis temporibus ſine inquietatione qualibet poſſidendum, tenendum pariter et habendum. In cuius etc. Testes mautiner, ſwyker, wolfſteiner, helbe. Datum vrankinfürd, anno XLV dominica ante marie magdalene.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CXC.